



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinij Ordinis
Vetustißimi Amplißimique, Nostra, ac supera ætate
Jmmarcescibilis Vigor, ac Viror**

Bucelin, Gabriel

[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.

Iesu Christi Annus. M.DC.LVII. Sancti Patris Benedicti. M.C.LXXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38498

P. D. Benedictus Canfeco Professor Cathedra-
traticus Philosophiæ.

P. D. Franciscus Crespo Professor Cathedra-
traticus Primarius Theologiæ.

*Professores nostri Ordinis in alma Univer-
sitate Compofellana.*

*Professores
Benedicti-
ni.*

P. D. Didacus de Macilla Professor Cathedra-
traticus Primarius Theologiæ.

P. D. Franciscus Seyxas Professor Cathedra-
traticus Primarius Theologiæ.

P. D. Placidus de Lyma Cathedra-tricus Pro-
fessor Primarius Theologiæ.

P. D. Franciscus de Gambero Primarius
Professor Cathedra-tricus Theologiæ.

P. D. Didacus de Aravio Professor Cathedra-
traticus Primarius Theologiæ.

P. D. Didacus de Heria Professor Cathedra-
traticus Primarius Theologiæ.

P. D. Petrus de Soria, & ipse Cathedra-tricus
Professor Primarius Theologiæ.

*Professores Cathedra-trici è nostris Valliso-
lessi.*

P. D. Placidus de Puga Cathedra-tricus Pri-
marius Professor Theologiæ.

P. D. Joannes de la Guerra, Professor Cathedra-
traticus Primarius Theologiæ
hodie.

In Univerfitate Hifpalenfi.

P. D. Martinus Zannarto actualis hodie Ca-
thedra-tricus Theologiæ.

In Univerfitate Hyrachenfi.

Hæc tota fpectat ad Benedictinos, ubi
semper funt Professores & Regentes Univer-
fifatis Ordinis nostri omnes.

Nec minus in Univerfifatibus Lusitanis
Ordinis nostri Patres, Primarias aliisque Ca-
thedras summa cum nominis gloria occu-
pant, & in hodiernam usque diem de Reg-
no etiam illo optime mereri non desinunt,
quorum tamen nomina, ut & aliorum fa-
ma perfectionis celeberrimum; per tantos Reg-
ni nobiliffimi motus & fluctus habere nec-
dum meruimus, sed expectamus.

*IESU CHRISTI ANNUS. M.DC.LVII.
Sancti Patris Benedicti. M.C.LXXVII.*

*Etiam Ger-
mania &
Gallia. Vi-
ros Doctos
ex Ordine
multos nu-
merat.*

NEC tamen aestimes velim deside-
rari ejusmodi in Gallijs, ac Ger-
mania eruditionis exempla, tanta de-
esse merita, cum & hæc Salisburgum
suum, ut Hyrache Hispania, nec mino-
re cum gloria, Cathedras omnes occu-
pet, & Parisijs, Dolæ, aliisque univer-
sifatibus Galliæ nostræ Congregationes
tales sapius viros dederint, quos uni-
versa merito posteritas & admiretur &
veneretur. Retinent autem penè innum-
eros, sacris ultro & sponte velut The-
atri carceribus clausos, hostibus DEI
& Ecclesiæ debellandis instructiffimos,
quin & paratiffimos, sumis Cathedris

digniffimos, profundiffimarum medi-
tatione rerum in DEO absorptos, con-
temptu Cathedrarum, omnisque glo-
riæ gloriosiffimos, suâ Jugi Dominici
bajulatione contentiffimos, gratias
summas agentes Numini, eminere
quoscunque, dum ipsi lateant; parati
tunc in prælia Domini consurgere, si
necessitas Ecclesiæ deposcat, si amor
proximorum urgeat, cum Paulo dicen-
tes, *in quo quis audeat, audeo & ego.* In-
terim orationi intenti, & effundentes
sicut aquam cor suum in conspectu Do-
mini, levantes ad ipsum manus suas,
pro ijs, quorum tota vita in sudore est,
& labore, pro gloria Numinis, sæpe sa-
pius, plus proficiente apud DEUM ter
Opt. Maximum, horum intentione,
quàm illorum opere, in quorum gra-
tiffima sibi animi demissione Numen
mirificè delectatur, & hujus unius in-
tuitu, mirabilia in peccatorum conver-
sione, simplicium instructione, & præ-
cipitis mundi conservatione operatur.
Ex his Simplicianus Gody, morum quàm
nominis simplicitate clarior, dum dig-
nior sublimibus Cathedris esset, humi-
libus & simplicibus cum JESU suo con-
vivere maluit, quàm Regum Aulas se-
qui, & inter Theologos eminere, hu-
maniora studia professus, & Cathedris
mi professione inter parvulos parvu-
lus, tanto propior Numini factus, quan-
to in oculis suis minor, evanescere in
oculis mortalium cupijt, vir per omnia
magnus. Lusit proin cum pueris, &
inter pueros, attraxisse in Ludum visus,
& colludentem meruisse, illum, qui
humilia mundi elegit, & cum simplicibus
est *Sermocinatio ejus.* Audi docentem
pueros, & huic colludentem.

*Simplicia-
nus Gody.*

*Dilectissime Sponse, darogantem
Sic me posse tibi reciprocare:
Sim totus tuus. Ipse nam meus Tu.
Sim florente fide: Fidelis es Tu.
Sim gratus Tibi: Gratosus es Tu.
Sim aptè compositus: Decorus es Tu.
Sim ferventer amans: Amas & ardes.
Sim constans animi: Manens adhaeres.
Qua sensum cruciant amara, dura
Sint pro reliquijs Tui cupita.
Pro Te Crux placeat mihi merente:
Pra Te nil placeat mihi placente,*

*Ejusdem
lusiones.*

Ita pueros ludere docuit, ipse serio
lusit; nec possumus quin & altera vice
ludentem producamus:

IESU

IESU potentum maxime,
 Me noverim, Te noverim:
 Te prater unum sui nihil,
 Cujus trahar cupidine.
 Odisse me semper velam,
 Amare Te non desinam;
 Rerumque quidquid egero,
 Laudi Tua deserviat.
 Me criminofum deprimam,
 Dum nomen exaltem tuum:
 Ac sola cogitatio
 Tui meum cor impleat.
 Sensus rebelles edamem,
 Vivam Tibi commortuus:
 Et undecunque res cadant,
 Te providente perferam.
 Me certus hostis persequar,
 Te vel Crucem passum sequens:
 Et summa votorum sit hac,
 Te posse tandem consequi:
 Eam procul me longius,
 Adhæream tenax Tibi:
 Tantoque sub tutamine
 Me nulla vincant praliam.
 Timens mihi, Te sed timens
 Sim tuus inter anxiam:
 Et in libro rivenitium
 Prædestinatorum legar.
 Hinc rite dissidam mihi:
 Hinc nixus in Te subrigar.
 Ac intuens in Te velim
 Parere semper subditus.
 Movere me nihil queat,
 Quod sensibus non ingeras:
 Quo dilizam Te fervidus,
 Tu me faventer aspice.
 Vivendus à me fac eam
 Hoc liber agro carcere:
 Ac Te Bono sanimo fruatur
 In sempiterna secula.

Omnia
 plena spi-
 ritus.

Joannes
 Manuel d'
 Espinosa.

Ira simpliciter Simplicianus noster
 & docuit pueros ludere, & ipse ludit,
 longè seriofius agens cum in contem-
 platione absorptus Numini se sifteret,
 sibi ereptus, & revera Jpsi soli vivens,
 qui pro ipso mortuus est, & resurrexit.
 Sed volentem ac volantem ad simpli-
 ces suos remittamus.

Aliam personam pro theatro orbis
 agens, non minore plausu spectaculum
 Deo, & Angelis, & hominibus factus
 Illustrissimus & Reverendissimus Do-
 minus P. F. Joannes Manuel de Espinosa
 Beatissimæ Matris Virginis Montser-
 ratensis Asceta, ob egregiam viræ per-
 fectionem ad Generalatus Benedictini
 apicem evehctus, in eo quanto sublimi-

or, tanto humilior exiit, nihilominus
 multam sibi auctoritatem ipsa integri-
 tate, & Disciplinæ Monachicæ conser-
 vandæ zelo comparavit, ob egregia
 vitæ merita sub hoc ipsum tempus, to-
 ti Regno Hispaniarum, è Pontificali
 Cathedra Urgelitana suspiciendus, ex-
 emplar eximium veri, & solliciti Pastoris,
 verè Domesticum Cœlorum Augustæ se
 comprobans. de quo sibi Regnum uni-
 versum merito gratuletur. *Ex Francisco
 de Argar.*

Nec minore virtutis famâ, non Hi-
 spanijs solum, sed ipsis quoque Indijs
 illuxit Reverendissimus Dominus P. F.
 Didacus de Heria, ex Monacho & Ab-
 bate S. Martini, Compostellanæ Urbis
 Monasterij Episcopus de los Angeles
 novi Orbis, Vir Apostolico Zelo, om-
 nique virtutū cultu verè illustrissimus;
 hoc ipso tamen anno, ad præmia æter-
 nitatis vocatus, de Regibus æquè ac sub-
 ditis meritissimus, de quo, inter alia
 scribitur: quod rebelles Jndos contra
 Governatores, & exactores Vectigaliū,
 mittendo eis baculū pastoralem, pro-
 mittendoque veniam sedaverit & pla-
 caverit, rebellionem alioquin illâ magna
 secum incommoda Regum fortunæ, Hi-
 spanorum salutem, ipsique Ecclesijs al-
 laturâ.

Didacus de
 Heria Epi-
 scopus de
 los Angeles.

Mirè re-
 bellionem
 Jndorum
 compefuit.

IESU CHRISTI ANNUS. M. DC. LVIII.
 Sancti Patris Benedicti. M.C. LXXVIII.

Annus supremus hic est mortali-
 tatis, Beatissimæ & gloriosissi-
 mæ memoriæ Abbatis Montis Mar-
 tyrum Mariæ de Bellovillere, alias à
 Spiritu Sancto in professione cogno-
 minatæ, Illustrissimæ S. Aniani Comi-
 tisse, quæ miraculum planè suæ ætatis
 à prima ætatula fuit, cacodæmoni in
 primis incunabulis invisâ, & jam tunc
 metuenda, cui jam tunc vitam, quam
 vix hauserat, sed frustra eriperè multi-
 modis aggressus sit. Nutrici liquidem
 ejus in formâ gigantis nigerrimi mul-
 toties se videndum exhibens, ac quâ
 minis, quâ promissis, credulæ mulier-
 culæ illudens, ipsam ad occidendâ in-
 fantulam instigavit. Quod ubi aggre-
 ditur impos sui foemina, ferali rabie
 strictum cultrū in guttur infantis puel-
 læ jam adigens deprehensa, fatetur fa-
 cinus, ac tanto discrimine raro Dei be-
 neficio Maria eripitur. Et revera, haud
 vano metu laborasse cacodæmonem,
 postea

Ven. Mariæ
 de Bellovil-
 lere Abba-
 tissa Mon-
 tis Marti.

Cacoda-
 moni in-
 fantula
 etiamnam
 metuenda.